HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 23r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Letare deserta sitiens / exultet solitu
do & floreat quasi lilium. Hec enim
deserta erat noticia dei. & abydolis
tenebatur / humilis in confessione erec-
ta in superbia aspera & intractabilis
in feritate. Sed postquam apparuit gloria
domini. et uidit omnis caro salutare dei /
cuncta repente mutata sunt. et uia
domini preparata / ita ut appareret in so
litudine gloria dei. baptizatus quoniam est
in iordane. et aperti sunt celi. & spiritus sanctus in
specie columbe descendit. et mansit
in eo. uoxque patris desuper intonantis
audita est. Hic est filius meus dilectus.
in quo michi conplacuit / hec audi-
te. Et omnis caro uidit salutare dei
que propterea appellabatur caro. quia
prius spiritum sanctum non habebat de quo
dicit dominus. Non permanebit spiritus meus in
hominibus istis. quoniam carnes sunt. Illa autem
caro uidebit salutare dei / de qua
per iohel. idem loquebatur. Effundam
de spiritu meo super omnem carnem. & pro
phetabunt. Quod non solum illo tempore
clamabat iohes qui sermonis dei pre
cursor & preuius recte uox apellatur /
sed usque hodie in deserto gentilium ec
clesiarum clamant magistri. ut rectas
faciamus uias. et semitas in cordibus
nostris domino. impleamusque uirtutibus & in
clinemur humilitate / praua mutemus
in recta. aspera uertamus in mollia
et sic gloriam domini. & salutare dei uidere
mereamur. Vox dicentis. Clama.
Et dixi. Quid clamabo. Omnis caro
fenum. et omnis gloria eius quasi flos
agri. Exsiccatum est fenum & ceci-

dit flos quia spiritus dei flauit in eo. Ve-
re / fenum est populus. Exsiccatum est fe-
num cecidit flos. uerbum autem dei
nostri stabit in eternum. Lxx. Vox dicentis.
Clama. Et dixi. Quid clamabo. Omnis
caro fenum. et omnis gloria hominis qua
si flos feni. Aruit fenum. & cecidit
flos / quia spiritus dei flauit in eo. Vere / fe-
num est populus. Exsiccatum est fenum. ceci-
dit flos. uerbum autem dei nostri manet in
sempiternum. Hoc quod asteriscis notatur /
quia spiritus dei flauit in eo. vere fenum
est populus. aruit fenum. cecidit flos
ex ebraico & theodotionis edicione
additum est. Ex quo manifestum est. uel
alxx. pretermissum. uel paulatim scriptorum
uicio abolitum. dum & prior et sequens
uersus finitur in flore. Supra legimus
propheta dicente. et audiui uocem domini di-
centis. quem mittam. et quis ibit nobis
ad populum istum. et dixi. ecce ego mitte
me. & ait uade & dic populo isti au
re audietis. et non intelligetis. & ui
dentes uidebitis et non uidebitis &
reliqua / ad quam predicationem dura per pes
sus nunc domini uoce dicente. clama. ti
mens similia quid clamare debeat
sciscitatur. et a generali incipiens. omnis
caro fenum. et omnis gloria eius quasi flos
feni. peruenit ad specialem / ut nichilo
minus dicat de populo. Vere / fenum
est populus. Et reuera si quis fragilita
tem carnis aspiciat. et quod per horarum
momenta. crescimus atque decrescimus
nec in eodem manemus statu. ipsumque quod
loquimur. dictamus. et scribimus. de uite
nostre parte preteruolat / non dubitabit